UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XCI. Das Kloster Diesdorf verkauft einen Wispel Getreide aus Eikhorst an die Jungfrau Kunigunde von dem Knesebeck, Vorsteherin des Caritäten-Amtes, zu Memorien für Elisabeth, Buffe und Werner von ...

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55716

Visual Library

XCI. Das Kloſter Diesdorf verkauft einen Wiſpel Getreide aus Eikhorſt an die Jungfrau Kunigunde von dem Kneſebeck, Vorſteherin des Caritäten-Amtes, zu Memorien für Eliſabeth, Buſſe und Werner von Bartensleben und Hempo von dem Kneſebeck, am 1. April 1341.

Nos Albertus prepoſitus dei gracia, Mechtildis prioriſſa, Totuſque Conuentus Sanctimonialium in Dyſtorp chriſti fidelibus vniuerſis ſalutem in domino. Quia venerabilis matrona, anno domini M°. CCC°. III°. VIII°. ydus februarii, videlicet Margareta coniux domini Balduini militis de kneſebeke piarum recordationum de noſtro Granario comparauerat duos choros ſiliginis cum quibus in anniuerſariis vtrorumque tempore ſuo due conſolationes refectiue conuentui miniſtrabantur, ſed ex nunc amborum anniuerſaria ad dominicam Oculi tranſponimus ſimul et ſemel deuocius peragenda annis ſingulis et extunc vnica conſolatio refectiua cum vno choro ſiliginis predictorum noſtro Conuentui fidelius procuretur. Recognoſcentes igitur lucidius per preſentes, quod reliquum chorum ſiliginis vendidimus pari conſenſu dilecte nobis Conmoniali domine konegundi de kneſbeke, exnunc Officii karitatis amminiſtratrici, pro triginta marcis perſolutis, Ita quod ipſa aut amminiſtratrix dicti Officii qualiſcunque dictum choros ſiliginis percipere et habere debeat ſingulis annis expeditius in feſto beati Martini de Curia noſtri ſubditi Luttekemannes in Ekhorſt, eidem Officio perpetue conmanendo et ex inde memoria domine Elyzabeth de Bertenſleue, domino Hemponis de kneſbeke, Dominorum Buſſonis et werneri dictorum de Bertenſleue, militum, et omnium, qui dicto Officio benefecerunt et ſint benefacturi, ſingulis annis in die Berwardi deuocius peragatur. Ceterum ſi dicta Curia efficeretur deſerta, extunc dictum chorum ſiliginis de noſtro Granario domino konegundi aut dicti Officii amminiſtratrici qualicunque annis ſingulis feſto quo ſupra precipimus et obligamur preſentari. In huius facti euidenciam ſigilla noſtra concorditer ſunt appenſa. Datum anno domini M°. CCC°. XL°. primo die Palmarum.

XCII. Götz's von Schwanebeck Obligation für den Probſt zu Diesdorf über eine Schuld von dreiundzwanzig Marck Lüneburger Pfenninge, am 3. Mai 1341.

Ek Ghoz van Swenbek bekenne in diſſeme opene breue vnder mineme ingheſeghele, dhat ich loue entruwen Hern Alberte van Hydzackere, dhem proueſte tho dyſdorpe, vnde tho ſiner hant Conrad kokemeſter, dhe dhar prouene heft, dre vnde twintich mark Luneburger penighe ſunder twiuel tho bethalende binnen dhen achte daghen ſancte Mychahelis, mid penighen eder mid pande vnde dhar tho tho donde alſo pandes recht is, vnde hebbe an borghen gheſat vul tho dondenn vor me, iſt dhes noth ſy, dhe hir na beſcreuen ſtan. Dhes love Her Albert Bocmaſte, riddere, Johan Bocmaſte vnde Ekhard van Gylthen, knapen, mit ener ſammeden hant entruwen vor Ghoſe vnde mid Ghoſe, Iſt dhem proueſte vnde Conrade dhen